

13. *Officium regium* est, quo Christus Θεός
 ὁμοιωπῶν gubernat omnia in cœlo & in terra,
 & imprimis Ecclesiam.

14. *Regnum Christi* in hac vita vocatur pot-
 entia & gratia.

15. *Regnum potentia* spectat ad omnes crea-
 turas: *gratia* ad Ecclesiam & fideles homines.

16. In altera vita est *regnum justitia & gloria*,
 quod conspicitur in excitatione mortuo-
 rum, & universali iudicio, tùm impiorum
 ad damnationem, tùm piorum ad æternam
 beatitudinem.


17. Restat ut differamus de duobus stati-
 bus Christi: nempe de exinanitione, & de ex-
 altatione.

18. *Exinanitio* est Jesu Christi Θεός ὁμοιωπῶν
 in forma servili humilis subjectio & obedi-
 entia usq; ad mortem crucis.

19. *Exaltatio* est Christi ex mortuis resusci-
 tati erectio per adscensionem ad cœlos, ut
 sedeat ad dextram patris, & perpetuò regnet,
 & dominetur omnibus creaturis, &c.

20. Ultraque Christo competit secundum
 naturam assumptam.

21. Error est non ferendus, docere, Chri-
 sum suâ obedientiâ sibi promeritum esse
 divinam potestatem.



Dispu.